Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8343
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

amassimus atq; possidimus totam cum integro, cum omnibus
ambitibus aliis edificiis, campis, agris, pratis, pascuis, silvis, lacis
aquis aquarumq; decursibus venationibus, molinis atq; pistrinis
cum piscibus et piscatibus et vedibus, questis et mynerendis, terris
cultis et incultis mobilibus et immobilibus, mancipiis quoq; utriusq;
sexus parescalchis cum omnibus censibus in salina et extra
salina circa fluvios sala et salzaha vocatos in arco et sale et
pecoribus cum theloneis duobus qui vulgo mauta vocantur. et cum
omnibus appendiciis, et ad eadem ecclesia spectantibus, et cum ministeriis albis
hominibus subiectis videlicet kerolt cum uxore sua et filiis, et cum omni
nato et sibi ministerii admissis hominibus, mulieribus, et servientibus
et ut sicut scriptum est cum omnibus rebus ad supidictam curtem
legitimeq; pertinentibus tali iure ad iam dictum locum Salzburch in
potestatem tradidimus, ut ulterius nullius persone homo cuiusq; sit
hanc donationem confringere, et si hoc quis fieri cogitat de iudicium
incurrat. Iude quidem iussimus hoc pro auctoritate mea perpetuum
constabit. ut ipse locus sancti petrus templum, libere atq; securi de omni
abstq; ullius persone obstaculo premissimo instituto ad eundem sedem
possideantur. et ut hec auctoritas mea firmior habeatur, et per
futura tempora verius credatur, ac diligenius observetur manu
mea eam roborauimus, et annulo meo sigillari iussimus

Chuno cancellarius ad vice federici Mecheapellani subiectum et
substituti. Data vi id' ian anno in incarnacione domini dccc. xl. indict
xiii. Anno au regni Ottonis pissimi regis. iii. Actum aquisgrano
palatio nomine feliciter Amen.

In nomine sancte et individue trinitatis Federicus divina favente cle
mencia Romanorum Imperator Augustus. Si rationabiles caelestium
petitiones precatorum ad caelestia spiritu tendentes per pium clementem
ad mutamus speramus nobis aput regem regum, adeterne mi
cedis et temporalis imperii prosperitatem dare sunt profecto, et eos quos
benigna expandere honoramus. Decetq; nobis devotorum, ac magis
benivolos fore. Nunc igitur cum ipsi et imperii mei fidelium pius etas